Caja 3.ª

Num. 36.

Isabel de Inglaterra.

Año 1565.

Carta al Rey D. Felipe II. recomendando al Conde de Arca.

Real Academia de Historia

ELIZABETA, dei grã, Angliæ, Franciæ, Hiberniæ Regina: Fidei defensor & cet.
Serenissimo Principi D. Philippo, Hispaniarum, Vtriusq Siciliæ, Hierusalem et cet. Regi: et cet. Fratri, Consanguineo, et Amico nostro charissimo Salutem, et omnium rerum prosperarum fœlicissimum incrementum.

R. ACADEMIA DE LA HISTORIA BIBLIOTECA SAN ROMAN

Obseruantia Illustris D. Oliuerij Comitis ab Arco, qua nos in præsenti, qua olim Nobilissimæ memoriæ Principes, Frem et Sororem nostram prosecutus est, cum semper omnis propensi studij et parati officij plena fuerit, nobis quidem meritò pergrata existit. Gratiorem verò facit eandem obseruantiam, animus viri verè nobilis, quem, multarum rerum, cum peritia, tum vsu, tum ad omnem etiam industriam inperapposiitum esse cognoscimus.

Hæc illius, et studij voluntas, et animi probitas, hoc nomine nobis multò etiam commendatior est, quod, intelligimus eum ita prorsus esse V.ræ Ma.tis Nomini addictum, vt nihil ei optatius sit, quam illud tempus sibi aliquando dari, quo se ac suam, et mentem et manum, præsenti cum fide tum opera, in obeundo seruitio V.ræ Ser.ti declararit.

Scimus, hanc propensam eius obseruantiam V.ræ Ser.ti per se esse valde gratam: & Speramus eandem nostra quoq commendatione fore acceptiorem.

Itaq, libenter ac impensè etiam petimus à V.a Ser.te, vt Præfectura alicuius Turmæ Equitum grauis armaturæ, quæ proxime in statu vestro Mediolanensi vacauerit, huic nobili viro, pro suo officioso studio, nostro rogatu, et vestra bona gratia, demandetur.

Et nos minime quidem dubitamus, quin ipse, fide ac industria, et nostræ commendationi, et vestræ expectationi, & suo etiam Officio, sit plenè satisfacturus.

Nobis ig.r admodum gratum erit, si intelligamus, Illustrem
Comitem

Real Academia de Historia

Comitem ab Arco, re quamprimum sentire, quam valde nos ci volumus, hac literarum nostrarum commendatione.

Deus Ta. Sertis longam, et lætam, et florentem fœlicitatem concedat. Ex Regia nra Vuestmonasterij VIII° Die Ianuarij. Ano Domini, Millesimo Quingentesimo, Sexagesimo, Quinto: Regni verò nostri, Octauo.

Serenitatis Vestræ bona Soror
& Consanguinea

Elizabeth R

R. ACADEMIA DE LA HISTORIA
BIBLIOTECA
SAN ROMAN

R. Aschamus:~

Real Academia de Historia

A su Mag.

de la Reyna de Ingalaterra xxvj. de Henero 1565

Ja

—Documento Nº 38.—

Serenissimo & Potentissimo
Principi, D. Philippo, Dei
gratia, Hispaniarum, Utriusq;
Siciliæ, Hierusalem & cæt.
Regi et cæt. Fratri, Con-
sanguineo, et Amico nrõ char.mo

A su M.d

La Reyna de Ingalaterra a xxvj. de En.o 1565

en recom. del Conde de Arco para una compania de gente de armas en el estado de milan.